

Quaestio.

Ex thesi 3<sup>a</sup> et 4<sup>a</sup> habetur ~~un~~ unam esse personam et duas esse naturas. Iam quaeritur utrum una sit Christi operatio, unaque voluntas, secundum unitatem personae, an duae naturales operationes duaeque naturales voluntates secundum dualitatem naturarum.

Solutionis principium est operationes et volitiones esse personae per ~~humanam~~ naturam. Sum. theol., III, q. 19, a. 1, ad 4m. Sicut enim in Deo tres sunt personae sed una est trium essentia, scientia, volitio, operatio, quia una est trium natura (DB 703), ita in Christo una quidem est persona sed duae sunt naturales operationes et duae naturales voluntates, quia duae sunt naturae (DB 291, 292).

Thesis minime negat unum in Christo esse operantem, unumque volentem; sed negat ideo esse <sup>d</sup>concludendum unam etiam esse operationem et unam voluntatem.

Iterum, thesis minime negat duas Christi operationes esse dynamicè unitas ut cohaerenter idem operentur, duasque Christi voluntates esse dynamicè unitas ut cohaerenter idem velint. Attamen affirmat illam dynamicam unionem realem praesupponere distinctionem, nam idem cum eodem non unitur. Et omnino negat ex ~~sub~~ duabus naturalibus operationibus componi unam quandam operationis naturam vel unam quandam volitionis naturam, quam forte theandricam<sup>quis</sup> vel deivirilem nominare posset.

Deinque hac in thesi ~~nonnisi humanam~~ nondum ponitur quaestio de libertate Christi humana, sed potius ponitur fundamentum unde haec de libertate quaestio oriri potest; nisi enim in Christo <sup>esset</sup> voluntas naturalis humana, non potest <sup>ui</sup>esse libertas humana.

Thesis 5<sup>a</sup>.

Due sunt in Christo naturales operationes et due naturales voluntates.

Termini:

operatio: in thesi, sensus determinatur exemplis, uti <sup>facere,</sup> intelligere, iudicare, velle, eligere, agere, ambulare, sentire, manducare, etc. Sensus systematicus exponitur, Divinarum personarum conceptio, pp. 241-250.

naturalis: secundum quod ex natura subjecti operantis determinatur; ita alia operatio est naturalis mineralibus, alia plantis, alia animalibus, alia hominibus, alia angelis, alia Deo

Thesis 5<sup>a</sup>.

Duae sunt in Christo naturales operationes et duae naturales voluntates, ~~quae neque dividuntur, neque simpliciter operantur,~~ <sup>nigua in unum naturale componuntur,</sup> ~~neque simpliciter operantur.~~

Termini:

operatio: uti scire, ~~facere~~ velle, eligere, facere, sentire, ambulare, pati, etc. Est actus secundus qui in Deo identificatur realiter cum substantia sed in creaturis ab ipsa substantia et ab esse <sup>substantiae</sup> realiter distinguitur. Sum. theol., I, q. 14, a. 4; ~~II~~ q. 19, a. 1; q. 54, aa. 1 - 3.

naturalis: operationes dupliciter dividuntur: primo modo, ex objectis, et secundum hoc dicitur quod actus ab objectis specificantur; alio modo, ex natura subiecti, et secundum hoc aliae sunt operationes ~~primam~~ mineralium, aliae plantarum, aliae animalium, aliae hominum, aliae angelorum, et alia ipsius Dei.

operatio naturalis: est operatio in quantum ex natura subiecti operantis determinatur.

duae: quarum una non est ~~x~~ alia; duae realiter: quarum realitas unius non est realitas alterius.

voluntas: appetitus rationalis, appetitus sequens intellectum.

voluntas naturalis: est voluntas in quantum differentiam accipit non ex objecto sed ex natura subiecti <sup>volentis</sup>.

divisio: ~~distinctio realis maior, uti inter meam operationem (vel voluntatem) et tuam; negatio divisionis asserit unitatem personae operantis et volentis.~~

an modum utendi voluntatem, hoc est, to sic velle atque quod pro nostro arbitrato et libidine volumus? Verum si vim voluntatis ac velle simpliciter ad personam dicatis pertinere, falsum decernitis..." MG 95, 165. Xiberta, p. 675, n. 108.

(3) Quo posito principio, sequitur evolutio normalis.

Si enim duae sunt naturae (uti c. Chalcedonense docuit), et si operatio est personae a natura, sequitur unius personae esse duas naturales operationes, sicut et sunt duae naturae.

Praeterea, volitio est quaedam operatio. Unde et ulterius habetur duas in Christo esse naturales voluntates.

At eodem principio obscurato, evitato, impedito, non solum impediatur normalis evolutio sed etiam, cum naturae et proprietates rerum per naturas cognoscantur, ~~antiam~~ ipsa doctrina Chalcedonensis momento et significato quasi privabatur.

(4) Iam vero in hoc contextu concreto dogmatis evolventis considerandi et iudicandi sunt Theodorus, Sergius, Cyrus, Pyrrhus, Paulus, Ecthesis, Typus.

Quo in contextu elucet eos vera quidem dixisse sed eo modo ut attentio a vero principio et a veris conclusionibus avertēretur; imo, <sup>(a)</sup> unam operationem, <sup>(b)</sup> neque unam neque duas <sup>(c)</sup> operationes, <sup>(d)</sup> unam voluntatem, neque unam neque duas voluntates, non fuisse nisi seriem quandam effugiorum, forte qua talem non intentam neque clare perspectam, sed ideo non minus efficacem.

7. Quae cum ita ~~ita~~ sint, dicendum est quaestionem saec. VII<sup>o</sup> agitatem minime mere verbalem vel terminologicam fuisse, et tamen non a quolibet neque facile perspici quaenam fuerit quaestio realis.

6. Quem in finem, statuemus sequentia: (1) saec. VII factam esse evolutionem dogmatis; (2) principium evolutionis quae cum c. Chalcedonensi cohaereat esse, "operari est personae a natura"; (3) ex hoc principio tanquam maiori praemissa et ex decreto Chalcedonensi tanquam minori sequi in Christo esse duas naturales operationes et duas naturales voluntates; (4) quam normalem dogmatis evolutionem variis modis et obscurasse et evitasse et impedivisse adversarios.

(1) Facta est evolutio dogmatis.

Nam ante non erat definitum duas esse in Christo naturales operationes et duas naturales voluntates.

Quam evolutionem promoverunt ipsi monenergetae et monothelitae. Iam ante annum 619 rem agitabat Sergius qui de hac re tamen <sup>de hac re</sup> prima vice, quantum scimus, ad <sup>S</sup>anctam <sup>S</sup>aedem scripsit anno 634.

(2) Principium evolutionis esse debuit: operari est personae a natura.

Haec verba sunt S. Thomae, Sum. theol., III, q. 19, a. 1 ad 4m.

idem  
Sed S. Maximus <sup>idem</sup> perspexisse videtur: "Omnis quippe homo, ~~est~~ in quantum est aliquid secundum naturam, non in quantum est alicui secundum hypostasim, naturalem habet facultatem operandi..." MG 90, 152 B; Xiberta, p. 659, n. 56.

Similiter S. Ioan. Dam. <sup>†</sup>: "Ast inquit: Voluntas non naturae est <sup>†</sup> sed personae. Quam vero dicitis voluntatem? Num vim eam qua volumus, ac velle simpliciter, ac naturale volitum;